

Bibliothèque numérique

medic@

Desmoueux, Charles-Nicolas.
Tractatus de pharmacia, in
universitate Cadomenci a DD
Desmoueux traditus


Caen : [s.n.], 1775.


Cote : BIU Santé Pharmacie RES 219669



Licence ouverte. - Exemplaire numérisé: BIU Santé
(Paris)


Adresse permanente : http://www.biusante.parisdescartes.fr/histmed/medica/cote?pharma_res219669





Tractatus
De
pharmaciam
in universitate Cadomeasi a DD^o
Desmoueux traditus
Ann. 1774.





index

Sectionum Capitum partium &c

part 1^a De medicamentis simplicibus, in genere

De indicationibus	p. 6
De indicantibus	11
De tonicis	12
De relaxantibus	14
De alterantibus	19
De incidentibus resolventibus aperientibus	19
De incrassantibus	23
De astringentibus	24
De indicationibus relativis ad evacuacionem	24
De emeticis et Catharticis	25
De diaphoreticis et sudorificis	34
De Diureticis	37
De emarginis	41
De Siclagogis	42

index

De Emmenagogis	44
De Oecchiis	49
De febrifugis	51
De Antivenereis	52
De Anteluentis	55
De Casuicautis	56
De Antispasmodiis	59
De Narcoticis	61
De Antihysteriis	63
De Antiepilepticis	66
De Antiscorbaticis	69
De Antisepticis	75
De Simplicibus medicamentis	76
De Aqua	77
De terris	77
De acidis	81
De Salib; alcalinis tum fixis tum volatilib;	83
De Salibus neutris	85
De Mineralibus et metallicis	92

index

De Balsamicis et aromaticis	99
De Balsamis	103
De Resinis tam aromaticis tam euodoris	106
De Acris, irritantibus	110
De Amariantibus austeriusculis	116
De herbis Sapore piperato Donatis	124
De Dulcibus mucilaginis et gummeis	126
De oleis et pinguibus	135
De austeris et astringentibus	138
De narcoticis	143
De refrigerantibus	146
De Diureticis et Sudorificis	148
De medicamentis anormalis	152
De Bituminibus	155
De tithymalis et affinis	ibid
De famitiâ caprifoliorum et affinium	
De Acaciâ et affinis	154
De herbis quo minoris usus sunt	156

index

De Substantiis animalib,	160
De Lacte	161
De Ovis	162
De lymphâ aali	ibid
De Sanguine	164
De brite castoreo, Zibito, moscho	165
De Fascoribus animalium	169
De Viperâ	170
De Cautyaridibus	171
De Scinco marino, Graftibus, Asellis, Sornicis, granis kermes, Eoccinilla	173
De Ois que ex animalibus Substantiis condiuntur	175
De Carbone ex animalib; &c	176
De Aqua distillata Spermatis Inveniarum ibid.	





Tractatus
De pharmacia
procurium

Cum per hujusmodi Curriculum
pharmaciam vobis demonstrandam aggressus
fuerim, auditores, tamen omnes forme-
las quot quot st, et variam omnium medica-
mentorum interesse Commiscendum rationem
exhibere, nequaquam animus est, nec per
temporis angustias liceret. et quidem nullus
quidem orum extitit in quo arsana plus in
generis non celebrarentur et vindicarentur
a medicis et mulieribus. nec de fere o-
qui ~~Arana~~ hae immensa Collegerent
atq; ex variis nondum provincis

Sed imperis ^{factis} accessit mandare typis
gloriarentur, magnum vati se emolumentum
medicæ arti Conciliare ac bene
de publico mereri. pharmacopœas vocant
libros, quibus Collecta hæc arcana Cumulantur
et Conservantur, verum dicam vis inter
immensam hæc medicamentorum varietatem
Compositorem pharmacopœicam, unam
reperias formulam quæ Consilio utili
Condita sit; id est in quâ non occurrant
pharmacæ Contrariis donata virtutibus, aut
etiam nocivis aut talibus quæ se se invicem
destruant. tandem facultas medicæ parisiensis
Cum animadvertisset medicamenta, quæ
illo et eod. nomine appellantur in officinis,
diversimodè tamen ad Cujusq; pharmacopœi
arbitrium preparari, unde evenerat ut diversi
omnino forent effectus ~~reperire~~ remediæ apud
eosd. aegros, prout medicamentum ex hac
vel illâ officinâ, quosivis fuerat, judic

5
carit institueudum esse dispensatorium,
in quo formulae variis expurgate erroribus
conscriberentur, quod q; esset pharmacopoeia
pro lege et regula.

Situlus hujus libri hic est (Codex medi-
camentarius seu pharmacopoea parisiensis)
eo sane libro longe minor errorum nume-
rus reperitur quam aliis. eruditi tamen
viri qui huic adornando suam navam
sunt operam, vitia quae antiquis inerant
pharmacopoeis, tollere omnia non potuerunt.

1^o. quidem varias preparationes, medica-
mentorum ingredientium multitudine ad
reperuantia non nisi inutiles omittere
ausi non fuerunt, quia sane longo usu
veluti comprobata ab aegrotantibus, quotidie
postulabantur. Tales sunt Theriacal, mitridatica
orvietanum.

2^o. aliquas etiam preparationes tales
inutiles non omisere, quia apud alias gentes

unitate *St.* Cum ergo urbis veluti Conflu-
vium sic Lutetia, non solum pro civibus,
sed pro extraneis etiam Compositiones
esse prescribendas Sensus erunt.

Co. ex codice parisiensi aqua distillata
odoris et Saporis expestes non ablata *St.*
tum quia magnam ^{in eum populo} plebecula fidem
adhibet: adeoq; ab ^{Charlatan} agistis et Circumforaneis
potius redimeret quam vellet Carere. Satis
igitur fuit eorum Compositionem ^{naturals} genuinis
artificiis; Committere quam ignavis. pro-
terea in morbis non raro plebecula ^{ius}
^{argens bonestes} *St.* maguales Sape ^{eff. exflagitant} medicamenta Sudorifica
^{efflagitant} ~~caet~~; Cum tamen victus tenuis et refrige-
rans potius Conveniat, itaq; in Epice Caribus
aqua distillata odoris et Saporis expestes
prescribuntur et ^{diquisunt} faciem facile faciunt im-
peritis qui haec aquas Sudorifica virtute
et quidem ^{proutantissima} donatas arbitran-
tur.

5
Haec sunt rationes Cur optimus alias
inter Pharmacopoeas Liber, tamen mendu-
plurimus deturpatus appareat. Cum igitur
ne ullus quidem medicus es Carere possit,
ut pote qui medicis et Pharmacopoeis pro-
positus est pro regulari Compositionum
quas nemo debet ignorare, brevem hujus
libri analysim exponam; interea disperiam
Solum modo de formulis usitatis, easq;
Casum vobis, Clarissimi auditores, prepara-
rari Curabo. dein breve dispensatorium
formularum quo praecipuis indicationibus
Satisfaciant et ex optemis auctoribus selecta
Sint Curabo scribendum. Sed antea
nequidquam possit desiderari de: iis quo-
ad medicamentorum virtutes Cognoscendas
pertinent, Brevem tractatum de Simplicibus
medicamentis praemittam; quo simul
Subjiciam oculis, ut haec instrumenta

6
medendi toties vestris mentibus reputata
sui usus vestigia non debenda exprimaus
itaque pars prima erit de medicamen-
tis Simplicibus in genere, 2a. de medica-
mentis Compositis qualia in Codice parisino
inscribuntur et frequentioris usus st. 3a.
pars ~~erit~~ exhibebit formulas quibus utun-
tur medici in nosocomiis parisienibus
aut Cadomensis aut quo ex melioris aucto-
ritate de prompto st.

pars 1a.

De
medicamentis Simplicibus in genere

~~Contraindicatio est ratio quae impedit quom-
inus in medicamento adhibendi optimum generis
tuo a medico. Sicut ea natura generis est
ut glutinosus si modo molis sit abusus.~~

~~si est~~
Medicamentorum sane optima decisio ab
indicationibus; deducenda foret, si Cuilibet medicamento
unica esset virtus, unica agendi ratio, verum

disorso plane modo se res habet. atq; adeo evenit ut
medicamentum idem Complurib; satisfiat indicaõib; plurib;
quoq; divisionib; enumerari debeat. auidã vñ et non solum pur
gantia, sed modo diuretica, modo refrigerantia, modo sudorifica
itaque singulis Classibus recensenda occurrunt
medicamina eadem. ex his porro repetitionibus
Confusio nascitur et memoria non levatur.
inò Certa Cognitio medicamentorum viri
ita obtineri p̄t longè prestantior Sane divisio
hæc est, quo Chymicis fundata est qualitatib;,
et quam sicutus est Dominus Castheuser.
hujus itaque vestigiis insistere adrimus est
postquam nonnulla de indicationibus et
antiqua divisione premiserim.

§ Jus

De indicationibus

indicatio est ratio quo indicat medico
prescribendum esse hoc vel illud remedium.

Duplici autem ratione medicus duci
p̄t: vel in Cognoscit Causam proximam morbi,
vel Cognoscit Solum modo morbum et ejus

Symptomata. in priori Casu Causam
^{entant} auferre et ^{destruere} delere debet; in posteriori reme-
 dia per experientiam comprobata apte
 adhibet. Duplex itaq; est iudicatio, alia
 rationalis, alia ^{empirica} empirica. ^{quod de Coudait pas la} ^{seule experience}
 iudicatio rationalis est Cognitio
 mutationis physicoe quo inferri debet
 Corpori, ut ad optimam Conditionem
 restituetur. Hae iudicatio longe praestantior
 est, et nemo est inter medicos qui in
 quolibet morbo quantum fieri potest,
 Causam proximam non indagare debeat.
 Si vñ ^{morbum} ~~morbum~~ a ^{mauvais Chyle} Caecochylia in
 Stomacho Congesta, aut ~~ad~~ ab in-
 flammatione Sanguine intra septum
 Cellulosum Cumulato oriri medius
 videat; tunc iudicat aut Caecochyliam
 per medico ^{mentis} evacuandam esse, aut Sangui-
 nem inflammatorium intra solita vasa
 repellendum, emendata simul disponi

9
tionem inflammatoriâ. Hoc iudicium medi-
ci nititur Cognitione physicâ, que in se
ri debet Corpore, ut ad optimam Condi-
tionem restitatur. itaq; hoc iudicium
vocatur indicatio rationalis.

Accidit verò quandoquæ ut Causa
morbi nullatenus innotescat. medicus
itaq; in his Casibus Solâ nititur experien-
tiâ. Sic in lue venereâ mercurii effica-
ciam experientia demonstravit idèque
mercurius quotidie adhibetur Cum successu,
licet Causa propinqua luis venereæ nondum
Cognita sit. alii quippe auctum virus
existimant; alii inusant Spissioram
lympham, alii tandem alio modo morbi
Causam et agendi modum mercurii explicant.
Hoc itaq; indicatio Cum ab experientia
Sola deducta sit vocatur empirica ^{experientia} ^{quæ de Causâ} ^{postulat} ^{experientia}

Contra indicatio est ratio que
impedit quominus medicamentum

aliunde optinuum, prescribatur a medico:
 Scilicet ea natura hominis est ut plurimum
 Semel morbis sit obnoxius. fieri q̄
 potest ut medicamentum, v̄ḡ emeticum
 indicatum sit propter Cachy
 Chylicam Stomacho inhaerentem,
 nequaquam tamen a medico prescribi
 debet, nisi fiat ille nullam esse Contraindi-
 cationem, id est nullum esse morbum
 in aegro qui ab emetico exacerbari possit.
 Si itaque aegri herica laboraret aut haemoph-
 thisi, tunc plus noceret his morbis emeticum
 quam proderet Stomacho, et haec Cognitio
 vocatur Contraindicatio.

¶ ^{his} patet tot esse indicationes et
 Contraindicaciones quot sunt Cause morborum
 quo idè vocantur indicantia.

11
§ 2^{us}

De
indicandibus relativè ad Divisio-
nem medicamentorum.

indicantia seu Cause morborum Cognita,
Solitam olim Divisionis medicamentorum
basim suppeditabant, prout uterque vel
alteratio et mutatio Corpori inducenda erat,
vel prout evacuari erant humores corporis,
varias quoque ad Classes medicamenta revo-
cabantur, alterantia et evacuantia.

primæ igitur et magis Celebrata
medicamentorum suas Divisiones est in alterantia
et evacuantia.

Corpus vero humanum constat ex
Solidis et fluidis. Solida peccare possunt viciâ
relaxatione aut viciâ tensione. fluida
peccare possunt viciâ Spissitudine aut
viciâ dissolutione, unde quadruplex ori-
tus medicamentorum alterantium Divisio.

prout nempe videntur relaxationi aut
tensioni spirituum sui aut dissolutioni.

Tonica

Tonica vocantur ea medicamenta que relaxa-
tioni medentur seu tensionem febris Conci-
liare apta sunt. at vero tensio febrarum
seu ut vocant tonus ^{est} pendit a tribus Causis.
nempe ab influxu esse debito spirituum
animalium; a seri redundantis dissipatione
et ab actione peculiaris medicamentorum
que vocantur astringentia.

1^o igitur ea tonica sunt que aut
spiritus animales movent aut suppeditant.
omnia aromatica et spiritiosa qualia sunt
Cinnamomum et planta oleis essentialibus
divites, vinum, spiritus vini tonica et
tum stimulando nervos adeo q; spirituum
animalium promovendo influxum ad partes;
tum forte etiam suppeditando materiam
que apta sit secretioni hujus liquida.

2^o Si fibra sero minimum moderate idè
 laxiores sunt, tunc medicamenta que serum
 evacuant sive per album sive per urinas
 aut diaphoresim, tonica in hoc Casu
 dici debent. purgantia itaque, olea maxi-
 -me que valida sunt et irritantia, diure-
 tica et sudorifica, in hoc Casu tonica
 dici debent.

3^o. Dantur medicamenta que vocantur
 astringentia, et quorum efficacia talis est
 ut fibrarum elementa alia aliis fortius
 videantur applicare; hinc Solidas indurant
 partes, vasorum diametrum imminuent
 aut etiam ita Coarctant ut vasa hoc liquoris,
 evadant impervia. Cortex quercus et familia
 arborum hujus generis, agaricum quercinum,
 galla quercina, myrtus, junica, Cotinus,
 Corriaria et planta affines hanc astringen-
 di vim possident. Coriis itaq; indurandis
 adhibentur, et Coria hoc que prius mollia
 erant, tantum ex his astringentibus us-

nascuntur firmitatem, ut Salis Calceo-
 rum formandis reddantur idonea. alio ad huc
 Characterem, hoc phasmas distinguuntur:
 nempe si eorum decoctis Cum Solutione
 Salis Cujuslibet martialis misceatur, Statim
 Colorem nigrissimum ipsi Conciliat, unde
 inservi Solent ad Conficiendum atramen-
 tum. prater hoc astringentia ferrum et
 ejus preparationes astringendi vim possident
 ac praecipue vitriolum martis. alumina
 etiam inter astringentia fortissima locum
 habet. horum medicamentorum agendi
 modus prorsus ignotatur, neque in
 admitti potest Hypothesis Haemorrhagica
 neq; alia.

indicantur variis in Casibus variis illo
 tonicoorum Clapes. in relaxatione qua pendet
 a paralyse seu generali seu particulari,
 indicantur tonica aquatica Stimulantia,
 aromatica tonica; in relaxatione qua

pendet a Sero redundanti seu hydroys
 seu oedema huic locum dederunt, tunc
 indicantur Cathartica, Diuretica et ea om-
 nia que Sero evacuando possunt Conducere.
 Tonica prioris Clapis prosunt etiam quatenus
 nempe Serum redundans e loco ubi decumbit,
 possunt expedire; Sed Serum illud nisi eva-
 -netur aliis partibus inhaereret.

Tandem indicantur tonica astringentia,
 quosque vasa Coasctanda Sunt ne humores
 effluant. Sic haemorrhagias quas membrum
 amputatum exsultat, Statim Compessit
 agaricum guesium. in diarrhoea, fluxu
 nimis urinae, fluxu involuntario Seminis &c
 quo pendet a laxitate, astringentia etiam
 Cum fructu usurpantur.

Relaxantia vocantur medicamenta
 que medentur nimis fibrarum tensioni.
 relaxatio autem oritur a duplici Causa

B

venire vel à Suppressione Secretione Spirituum animalium, vel a Sero et aqueis oleis se quo se insinuant intra fibras easq; adinvicem dimoveant.

1^o. itaque relaxantia sunt medicamenta ex Opio, Belladonia, et affinis plantis. horum actio pendere videtur ex eo quod Spiritus animales inspissat eosq; ita reddat inhospites Circulationi, hanc apertionem probare videtur observatio galevi et aliorum. Opium quippe applicatum oculis Cocitatem inducit et applicatum auribus, Surditatem exultat.

2^o. relaxantia sunt, quo ut diximus intra fibrarum elementa se insinuant easq; dimoveant adinvicem; unde fibra longior redditur, proinde que minus tensa est. ad Clapum hanc pertinent aqua, olea et Substantia grumosa aut mucilagines, malva, althea, oliva, atq; herba hujus generis suppeditant mucilaginem Summe

relaxantem.

17

Indicantur relaxantia primi generis
id est indicantur opium in morbis qui pendunt
a tensione Convulsivâ fibrarum. nempe
nimius Spirituum influxus versus aliquem
musculum Contractionem nimiam producit.
tensionem vero nimiam fibrarum dolor
Convulsus. itaque dum Opium et medica-
menta hujus generis Contractioni et tensioni
nimie medantur, dolorem quoque sedant.
hæc est ratio Cur dicantur Anodina, id est
dolorem sedantia. plures tamen Species ab
hæc Convulsivâ tensione fibrarum dependent
adque Opii usum expostulant.

indicantur relaxantia Secundi generis
id est, aqua, oleosa, mucilagines potissimum
in morbis qui oriuntur a tensione inflam-
matoriâ. Sanguis quippe extra Solita vasa
protrusus aut Cumulatus intra vicina
vasa lymphatica aut intra textum Cellulo-
sum; atq; ibi Calorem dolorem ruborem et
tensionem excitat, que tot idem est

inflammationis Symptomata, obvia quidem
 indicatio in inflammatione exigit ut
 Sanguis intra solita vasa repellatur;
 Sed Cum huic indicationi Sæpius Satisfacere
 impossibile sit nisi fibrarum tenuis
 immutetur et solvatur Sanguis Crassior,
 Consequens est relaxantia in inflammatione
 usurpanda oportet.

Majores morborum numerus inflam-
 mationis particeps est, Sic pleuritis est
 inflammatio membranarum Cerebri, ophthal-
 mia, inflammatio oculorum; Sic pleuritis est
 inflammatio pleure. &c. imò febres fere
 omnes vel inflammationem habent Comitum
 vel inflammationis periculum intendant;
 unde facile arguitur quanta utilitatis
 Sint relaxantia.

Hæc est præcipua alterantia que pertinet
 ad Solidas Corporis partes. varia Solummodo
 nomina pro variis affectibus. Sic v.g. Si

tonita intus exhibeantur et Cordis vires sollicitent Circulationis velocitatem augeant vocantur Cardiacæ. relaxantia quoque sæpe vocantur emollientia, quia fibras non solum reddunt laxiores et longiores, sed etiam molliores eas præstant.

Alterantia quo inmutandis humoribus dicata est, vel adentur nimia eorum spissitudine vel nimia eorum dissolutioni. prioribus plura nomina tribuuntur incidentia, resolutiva, aperientia.

Spissitudo humorum inde oritur quod plures moleculæ solidæ in unam moleculam majorem Conglutinentur aut Concrevant. porro incidentia videntur donata particulis quo moleculas hæc ad invicem separent. Si Sanguis extra vasa effusus, aut frigore Coactus in grumos dividendus sit, tunc medicamentum dicitur resolutivum. Si vasa Secretoria spissioribus obstructa sint humoribus; tunc medicamenta quo eis incidendis insumentur

no cautes aperientia. iud vocantes hepato
tica si bilium ^{in hepate} Craspiotem solvant.
tandem eo omnia licet ad eand. Classeu
pertineant, vario tamen pro humoribus
dissolvendis prescribuntur. Sic alia exis
timantur magis apta incidendo humori
Bronchiali, alia ~~autem~~ bili alia lymphæ.

In genere alkalia precipue vim inciden
tem exerunt, diu amara et acida que eo
majorem vim possident, quò major est acrimonia
major amarities. Sic absinthii folia, radices
helenii inter fortia incidentia locum habent.
Dens bonis Cathartum in hac Classe minori
vi donata sunt. radices lapathi, Chelidonii
pro ceteris bili ~~spissiori~~ ^{viscosiori} incidente aptiores
Creduntur. radices Scilla, iridis florentino
Bronchiali humori dissolvendo donata sunt.
ad incidendam Craspiotem lympham utun
-tur medici potissimum mercurio, ferro et
-monii que vi emetica spoliata sunt.

Lacti Concreto mederi efficacius Creduntur
 planta et Succis ex familia umbelliferarum
 Chersophyllum, petroselinum, Cicuta, gummum
 ammoniacum, oregonax, Sagapenum

At vero doctissimi medici eam solum
 differentiam Statuunt inter varia incidentia,
 quae in variis gradibus efficacitatis posita est.
 et Specifica non admittunt quae peculiari
 humori curandae idonea sunt. negari
 tamen non potest ueruerit vim Specificam
 esse ad lues veneream. nullum enim est
 medicamentum incidens etiam si fortis-
 -simum sit, quod mercurium in hoc Casu
 Supplere valeat. Sic Cantaridum vis
 excretus praecipue in urina vias. acris
 potiusquam amara Forbutum sanant.
 piperis granulum oculis uset non Stomacho,
 Contra tartarum Stibiatum vix oculos afficit
 et Stomachum Convulsiones agit. unde

vomitum, excitat; itaque Specifica ad
 -mittenda Sunt Saltem aliqua, et uatuta
 humorum qui in humano Corpore inspis
 sari possunt, Cum varia sit, verò simile
 est varia quoque esse debere. medicamenta
 quo iis dissolvendis usurpanda Sunt. haec
 est ratio Cuius medici plures partes particulas
 incidentes in medicamentis affinitatem
 quamdam supposuerint, quae Cetera remedia
 Ceteris humoribus adhaerant et Ceteris Colis
 potius seruantur. ex hac hypothesis didu
 cunt effectus varios remedium Specifico
 rum.

indicantur incidentia in morbis in
 quibus humores spissiores ad fluendum minus
 habiles Sunt. porro multi Sunt morbi qui
 ab hac humorum dispositione oriuntur.
 Chlorosis pendet a sanguine Crassiori;
 Chylo videlicet in sanguinem male immu
 tato, unde fere omnes Secretiones languent,

23

Scrophularum est causa lymphæ Spissior
quo sua vasa permeare Cum non possit
Cumulatus variis in locis et tumores Scrophu-
losas parit. icterus plerumque oritur a
bile inspissata in hepate. tandem Cachochy-
mia, hydrops anasarca Sæpius obstructions
abdominis pro Causa habent.

Dissolutio nimia humorum Con-
traria remedia exigit. hæc remedia vocan-
tur incorpantia quia humores redduntur
Crassius eorum ope

incorpantia autem sunt ea que
Suggerunt Clyllum Crassum viscosum
visibus Corporis egregè immutandum. talia
autem St omnia farinosa non fermentata,
mullæ, mucilagines que ut diximus rela-
xant etiam fibras. astrin-

Astringentes referuntur etiam in
Classe incorpantium. Sed videntur potius
Coagulare humores quam inspissare

indicantur in crapantia proprie dicta
 id est farinosa, glutinosa et caucilaginosa
 in febrib; lentis, hecticis quo sanguinem
 ita dissolvunt ut totus fere aquosus sit.
 Chylum proterea suppeditant hae farinosa
 maxime adversum putredinem. omnis
 autem febris humores ad putredinem dispo-
 nit.

indicantur rarissime in crapantia ex
 astrigentium Clape desumpta; nisi forte
 in hemorrhagiis uterinis, aut haemoptisi
 quo aliis remediis debellare non potuerunt.

propter indicationes quatuor hanc generos
 tibus humores adque peccare possunt nimia
 effervescentia, nimis motu, nimia disposi-
 tione ad putredinem. his autem vitis me-
 dentur in genere acida seu mineralia seu
 vegetalia ad gratam aciditatem prescripta.
 Sic acidum vitriolicum acidum vitrosum

acidum marinum, acetum, Cremor tartari
acetosa, opis et Similia fellicum Cum Succo
su ad Compensandam Sanguinis effervescentiam
adhibentur.

Notandum tamen est in humoribus
effervescentiam et motum sepiissime
excitari ab irritatione quae simul auferenda
est. Sic ubi pravi Succi Sanguinem infusa-
runt atq; ad eos irritant fibras nerveas
Cordis, febremq; ita proritant, tunc patet
pravos hos Succi evacuandos esse. Sed
haec indicatio ad Clapem evacuantium
pertinet. itaque Sit

Paragraphus 6^{us}. §. I

De indicationibus relativis ad evacuationem

tot sunt evacuationes quot sunt vias per quas
humores e Corpore possunt auferri. Sic
per vomitum emetica; Cathartica seu per
gutturum per alvum; diaphoretica et sudorifica

pes. Sudorem aut per Spirationem; Diuretica
 pes urinas, orrhina pes uares; Sialagoga
 pes Saliva fluxum praros Succos eliminant.
 emmenagoga fluxum muliebrem provocant.
 Brechica e pulmonibus Sputa educunt, vesican-
 tia et fonticuli ulcere exilitato purulentam
 materiam evacuant.

Emetica et Cathartica seu purgantia
 actionem suam exerunt irritando leviter
 fibras et Stomachi et intestinorum, Sicut
 hoc lex videtur generalis in humano Corpore
 qua irritata partes statim aguntur in
 motus Convulsivos, ut materiam irritantem
 expellant. hi autem motus Convulsivi
 non fiunt sine effluxu humoris si quis
 in parte irritata servatus. Sic lapis
 festuca in oculo irritationem simul et
 lacrymationem provocat. Sic in non apertis
 granum tabaci aut Hellebori naribus ad-
 tractum Servationem simul et fluxum

unci producit. Sic piperis radix aut aliud
 aere quodlibet phlegmaticum ore tritum
 -Salisam dicit Copiosam. Sic venena
 quolibet intra Stomachum recepta vomitus
 eorum accessunt. Sic aqua purissima
 guttula intra laryngem illabendo
 trepidum violentum generat et Sputa simul
 educit. in dormiente etiam quolibet irrita-
 tio in brachio aut pede statim Contractio-
 nem parit qua pars affecta detrahitur.
 idem dici debet de ^{interius} partibus organis ferè
 omnibus. Sic in Cavæ Cujus pectus apertum
 est irritatio minima Cordi illata ejus
 Contractio nem aut languentem aut auget
 abolitam repueitat.

Quo Cum ita sint, emeticorum
 et purgantium medicamentorum actionem
 facile est applicare; quippe donato
 Sunt particulis plus minusve

irritantibus, ^{medicamenta} quib. interna Stomachi
 et intestinorum ^{fibræ} Super fines leviter vellicentur.
 Hinc fit ut motus horum organorum
 major excitetur materia Contento
 eo motu quâ=

= quâ via facilior est, protrahuntur Sursum
 aut deorsum. nota etiam Succis Suesuendis
 dicata eo motu Comprimentur unde major
 Secretis Succedit.

Hanc applicationem facile est variis
 argumentis sustentare et Corroborare. Si in
 purgantis medicamenti dosis minima sit,
 aut si ejusd. vis irritans major sit pro Conditione
 egrotantis, tunc non Catharsis sed vomitus
 proripitur. Contra si ejusd. purgantis quan-
 titas non Sufficiat aut qualitas debilior
 sit tunc alvus non fluit sed urino
 Copiosiores evanantur. Sic v.g. Sal glâberi
 ad unciam unam alvum solvit, ad Drachmam

unam aut duas, alium non movet sed
tantum urinas pellit.

fateendum est tamen omnes emeticorum
et purgantium effectus vix posse explicare
nisi admittatur quoddam affinitas. etenim
Pechlinus et alii auctores referunt Casum
et hōes etiam purgatos fuisse, Cum eorum
venis decoctum purgans infusum fuisset.
Sic alii hōes solo odore purgantium, alii
quod frequentius, applicatis supra Umbilicum
purgantibus, bene evacuati sunt. porro vix
conipi potest quomodo purgantia non irri-
tarent venas et arterias quomodo eadem
non respiciunt afficerent delicatos odoris sensus,
Cutem abdominis non laderent, et tamen per
has vias penetrarent ad usum sanguini-
veam et intestina eoque rivos humorum
ducerent. Certe videtur quoddam analogia
esse quā vix irritatio Stomachi proritatur
potius per emetica, irritatio intestinorum
potius per Cathartica. Solent

quid ememetica alvum solvere si magna
aqua quantitate diluta prescribantur.

Sed rarius Cathartica tametsi Concentrata
sunt, vomitum excitant.

His principiis de actione generali
tum emeticorum tum purgantium, juvat
Classem emeticorum et indicationes vomendi
prius scrutari

plura autem inter emetica quae
olim in usu erant, duo solum Godic
frequentis usus sunt, tartarum Siliet
et vinum Stibiatum et radix Ipecacuanhae.
Folia et radices ^{Asari} rarius prescribuntur
et tantummodo adhibentur in quibus-
-dam Compositionibus, alia multa
suppetunt emetica, qualia sunt,
aqua tepida, oleum, butyrum et Similia,
Sed ad Classem emeticorum vix referri videntur.

inducantur Emetica quoties prava Humorum
Colluvies Stomachum inficit. Signa autem
quibus demonstratur, Stomachum ita infici
Sunt... ^{Fit} fœditas matutina oris, ejus amarus,
non nausea, appetitus abolitus sine Causâ, Spon-
taneus Cum magna facilitate vomitus.

inducantur etiam emetica, quoties
^{lethargique} veteris Sopor discutendus occurrat. quippe
inter vomendi Conatus, totum genus nervosum
succutitur, atq; ita humoribus propulsis
resolvuntur infarctus incipientes tum in Cerebro
tum in aliis partibus.

Hæc emeticorum utilitas frequentem eorum
usum reddidit in apoplexiâ præcipue serosa inci-
piente et morbis veteribus, tum etiam in morbis
omnibus qui oriuntur a Saburra seu quos
Saburra fovet.

Contraindicantur emetica per graviditatem,
debilitatem visuum, pleuricam aut hæmopticam
pulmonum labem, fluxum muliebrem im-
moderatum, hæmias et inflammatoriam

viscerum dispositionem ac febrium gravium.
itaque in dictis Casibus ad purgantia potius
Confugiendum est, si Stomachus gravis
Succis redundet.

purgantia autem numero plurima
Suppetunt idè ad varias Classes revocantur.
1^o. Levia quae etiam dicuntur minorativa.
2^o. fortia quae Cathartica. 3^o. fortiora et fortis-
simia quae mechlica et Drastica.

minorativa St. Decoctum aut Symplicium
florum ^{visch} pesicorum, Cypria, mauna et tamarindum.

Cathartica St. Senna et folliculi Sennae
rhubarbarum.

fortiora St. jalappa, braccothamni
Cathartici. ad hanc Classem referuntur multae
Compositiones et hinc medicamentis preparatae...
... electuarium lenitivum, Diaphorici,
Diaprunum, Catholicum, tabella diacasthamni,
deitro. Sales fere omnes qui medicæ dosi
leniter, fortiori autem Sat validi Corpus
evacuunt. hi autem Sales St. tartarum vitriolatum,

93

Sal gläberi, Sal egyptiacum, Sal vegetale
et Sal ^{de la roche} ruyellianum.

fortissima purgantia sicut Scammonium,
turpetum, aloë, gummigutta, Colocynthis, Helle-
bori radix, Cortex medius Sambuci et multa
ex his pharumais preparata Compositiones;
quales sicut ~~trochisci~~ trochisti, algaudam, Hiera-
-picca,

indicantur purgantia in genere, quoties
vidulantur in intestinis Cruda, vitiosa,
putrida materia quo, si transirent intra
massam sanguineam, mox eam inficerent.
indicantur etiam quoties bilis Secretio sit
munda et revellendi e Cerebro humores
qui morbum veterisimum intulerent.

Contra indicantur purgantia a praecipua
fortiora per debilitatem virium, dissolutionem
Sanguinis, inflammationem viscerum
et haemorrhagia Cuiuslibet periculum. in
his vero Casibus longe minus timendum est
ab effectu lenium purgantium. Si itaq; Signa

Cachochiliae maximae Commotus, tenuis
haec solummodo usurpanda sunt.

Signa autem quae Cachochiliam
in intestinis haerentem demonstrant.
flatus, Borborigui, alvi fluxus non serosus,
linguae foetiditas, oris amarus, appetitus
laqueus.

Diaphoretica et Sudorifica tertiam
evacuantiem Classem Constitunt. Diaphore-
tica inensilem perspirationem, Sudorifica
Sudorem Copiosius Creduntur excitare. at vero
nequaquam estimandum est Eos esse Diapho-
reticorum aut Sudorificorum effectus, quippe
Sapienter frustra prescribuntur et nullum Sudorem,
perspirationem nullam, etsi large Congestata,
procreant.

Actio eorum medicamentorum videtur
Consistere in eo quod Sanguini Conmixta
vasorum parietes Stimulant, unde Circulatio
validior. poro Circulatione aucta non raro
Contingit et Sudor Copiosius dimanet.

Humor Sordorem totus experientur qui Duris
incurant laborib; ; quia Sane Cordis et vasorum
actio in his Casibus longe validior est.

Sed 1^o. Circulationem plerique et iis quo
Sudorifica diuictus aut diaphoretica parum
promouent. 2^o. ut Sudor fluat et perspiratio,
requiritur etiam ut Cutis laxa sit; ubi in
minima Corrugata est, tum pori eius vix
ullum humorum prouocare possunt licet Circu-
latio sit validissima: quod quidem in ceteris
febrium nimis commune est.

Diaphoretica et Sudorifica quo solent a
medicis usurpari, Sunt... quoniam, Salua
parilla, ~~et~~ ^{Liquine} China et Safforas. Hae
quatuor ex Calidis regionib; deferuntur.
Caryophyllinum, radices Lappa, angelica et
imperatorica in nostris regionib; reperiuntur
et prorsum virtutem habere creduntur.

Medici olim vim magnam arbitrabantur
in se aquis distillatis ulmarie, Cardui benedicti
et aliarum herbarum quo odore Carent.
at observatio ratione illustrata docuit nullam

omnium qualitatem, proter vim aquae Commu-
 nem, in Contineri. aqua distillata herbarum,
 quae spiritibus aromaticis divites sunt, sanguinem
 potentes movent, idcirco; inter diaphoretica
 aut sudorifica maxime efficacia possunt
 recurreri; si ad pellendum sudorem solum
 sufficeret perspirationis augmentum. sed
 jam dixi Cutis laxitatem adhuc necessariam
 esse; itaque quoties sudor indicatur alia metho-
 dus usurjari potest, quam semper successus
 comitatur: nempe aeger vaporibus aquae tepidae
 ita exsolvendus est ut Caput solum a vaporibus
 liberum. quo facto brevi aeger sudoribus undi-
 que diffluit, atque intra horam, aut etiam
 semihoram, quantitas sudoris tanta est ut
 vires agrum linquerent, nisi prudenter lecto
 Calido se committeret, in quo etiam per aliquot
 horas licet minus Copiose perspirat.

Ad Classem sudorificorum revocantur a
 quibusdam alkalia volatilia et aromata
 quae ad tonicorum Classem, ut jam diximus,
 pertinent etiam.

*Medicamentis Sudorifica in morbis in quibus
 natura Crisim per Sudores molitur. Sed si febris
 adsit, Sudorifica que Sanguinem movent nequa
 quam possunt adhiberi. in variolis incipientibus
 aut retro pulsis per febris defectum, Theriaca
 et Compositiones ex aromatis Conflata Cum
 Succesa adhibentur. tandem Conveniunt
 in morbis qui a perspiratione suppressa oriun-
 tur, ac potissimum in rheumatismo frigido
 Cujus Causa ab impedita perspiratione, deducen-
 da est.*

*Diuretica ea sunt que Copiosorem urinae
 Secretionem que in renibus produciunt. Horum
 agendi modus duplex potest distinguere. 1o. diureti-
 corum vice funguntur Sudorifica que Sangui-
 nem movent et Sudorem non possunt provocare
 propter Cutem nimis Constructam. itaq; ad
 primum hanc Clapum omnia aromata
 omnia Calefacientia revocari possunt. eo modo
 videntur actionem suam absolere, radices
 eringii, apii, petrocilini, quae inter diuretica*

numerari solent.

2^o. negari non potest plura esse medica-
 menta quae analogiam satis manifestam
 habent cum urinae viis. Sic Cantharides
 Cuti applicatae aut etiam mediocri dosi intra
 Stomachum ingesta, praeter urinae vias Corporis
 alias partes non afficiunt. Ideo vesicantia
 Cuti applicata saepe urinae vias inflammant,
 illas alias partes. imò Sufficit Cantharides
 intra Chartam involutas prope Cutem
 gestare, ut idem succedat eventus. Theriaca
 tina et asparagi ^{juniper} turiones sensibili etiam modo
 urinas alterant, ceteris humoribus non muta-
 tis: Theriacina in lotio viola odorem Con-
 ciliat. asparagi turiones odorem foetidum
 ipsi inpersciuntur.

manifestum est igitur analogiam
 quaedam reperiri inter urinae vias et
 quaedam medicamenta. porro facilis est hujus
 phaenomeni applicatio, si attendatur partem
 Serosam Sanguinis quae lotium suppeditat

Solum aptam esse dissolvendis Artes Salibus, quemadmodum in Chymia videmus et metalla et Ceteras Substantias propriis Solvi mensuris et hoc etiam in Humano Corpore observatur neque in bene dissolvuntur Sales aut in rubra parte Sanguinis aut in bile aut in aliis humoribus proter Seros. Cum igitur pars hoc Serosa Sanguinis coarctatur in renibus, quando Salibus aut portibus acris facta est, parietes internos renum stimulat, unde major hujus humoris sequitur Secretio.

Ad Classem medicamentorum quo eo modo diversim operantur revocari possunt sequentia.

1^o. Sales acidi alkalinii et neutri. Sales acidi sunt acidum vitriolicum, nitrosum et marimum quo propter vim acrimosam cum magna aqua copia maritari debent. Succi limonum aurantium, Cremor tartari minorem habent acrimosam et majori copia possunt proseribi. Sales alkalinii herbarum que combusto sunt ac potissimum genista et fabarum procipue commendantur

ab auctoribus, sed tamen non superant
vires Salis alkalinii vulgaris qui itaq;
Cum eod. Succo Sufficiente aqua
Copiâ dissolutus proscrubi potest. Sales ventri
ac præcipuè vitruum Diuretica virtute
se Commendant. Sales quidem in genere
omnes quum diureticam exercent si
medicari dosi proscrubantur, at dosi
fortiori alvum movent; vitruum vero, etsi
magna dosi, alvum vix movet et Sapiens
ad urina vias defertur.

^{pluribus} 2^o. herba Salibus ac præcipuè vitro
referta Borrago, Anglosperum, parietaria.

3^o. tandem radices paricilla Brava
Sille, Calitrape, asparagi, fructus alkekengi
millepedes. rarius proscrubantur Catarides interuè
quia vim nimis irritantem operantur.

Indicantur Diuretica in morbis in quib;
natura Crises molitur per urinas, aut qui pendunt
ab urina Suppressione propter debilitatam
renum et nimis tardam actionem

ad Secretionis opus. ~~41~~

41

Hæc ultima sane regula maxime
attentionem meretur in proprii. Suppressio in uri-
na potest oriri a pluribus; aliis Causis. Sic inflam-
matio qualibet renum, Sphincteris vesicæ,
partium perineæ adiacentium; Genuæ et
alii tumores pennis fetus in graviditate, pliyuo-
sis et alii tunc tumores, quot quot Cavalem
possunt ita Comprimere ut urina transire
non possit. Convulsiva horumque organorum
Contractio; Calculi, grani Sanguinis, materies
purulenta, pituita mucosa in renibus in
vesicâ; paralysis etiam vesicæ totidem et
Causa que impedire possunt quominus urina
effluat. porro ne ullus quidem Sanguinis
dixerit, diuretica in his Casibus Conducere. Sed
in Hydrope Leucophlegmatia et Similibus
morbis in quibus signa omnia laxitatem et
atoniam renum indicant diuretica optime
Conveniunt.

Uterque quo Stenutationum excitando
pituitam aduenit e naribus et medicamenta

aeria quo intus inspirandum attracta mem-
branam uariam internam stimulant et
vellicant, unde irritatio quâ Stenulatio
et Secretio uberius pituitosa humoris productus
omnia aeria ac potissimum odorata uim
orbicam exerunt maxime in non apu-
tis, talia et tabacum, Betonica, Salvia,
majorana, pyretri Radix, Gellebori, Lu-
phorbium, pipas, Zinziber, Succi beta
Cyclamenis et alia quolibet aeria Cujuslibet
generis.

Indicantur orbicam quoties aut Sten-
ulationem prouocare, aut fluxum pituiti
te uberius trahere e naribus Conducit.
prois in morbis Soporosis Stenulatio Com-
motionem producit Cujus effectus quandoque
Cerebrum liberatur ab insufficiente pituita
que Causa Soporis est. 2o. in morbis Catarrhis
absq; et inflammatione **Orbicam** etiam Cum
fructu usantur.

Sialagoga que Salivam educunt

non debent distinguere a medicamentis quae
 vocantur apoplegmatiscantia. Duplex est
 generis vel in ore contrahitur et tunc vim
 irritantem exspirando salivam expriment
 copiosam. itaque omnia & acria omnia
 virginea ore contrita qualitate quoque
 habent salagogam. radix pyrethri, Staphy-
 -sagria piper, Zinziber & eund. glauci
 effectum irritantem operentur in ore quem
 in moribus operere disimus et cum eodem
 humoris qui in ea parte recessit affluat.
 in altera Classe medicamentorum quae salivam
 educunt solus contrahitur mercurius, qui sive unguen-
 ti forma cuti applicatus fuerit, sive in vapores
 redactus per poros penetraverit, sive dissolutus et
 pilularum forma internus, ab aegris fuerit assu-
 -ptus, semper tamen ad massam sanguinis
 devolvitur et nisi per alterius medicamenti
 diversam qualitatem habeatis aut per pecu-
 liarem aegri temperiem solita eius actio
 immutetur ad oris festus secretoria

ptyalogenia inibit et Salivationem Copiosam
producit.

Uondum huc usque amotuit qua ratione
effectum hunc Sostinetur mercurius. probabile est
tamen ejus globulos facilius junget et unitari
Cum Saliva quam Cum aliis humoribus unde
fit ut Cum ea junctus in Saliva Colis irritationem
prodit quâ ptyalismus ^{in Salivatione} producitur. opinionem
hanc aliquatenus probare videtur experientia
quâ mercurius Cum Saliva subactus Solvi-
tus, atq; ut more Chimico loquar, extinguitur.
frustra autem mercurium ita Cum aliis humo-
ribus miscere et extingui tentaretur.

Indicantur Sialagoga prioris ordinis —
in morbis qui pendunt a Congestione pituita
in partibus quo ore vicine sunt. itaq;
quando Dolor dentium, Catarrhi inò anguis
et affectus dysporosi absque inflammatione
sunt et oriuntur a ^{depos} decubitu humoris viscosi
sive febre et Calore partem occupantis, Siala-
goga hae optime Cum Sucepsu prescribuntur.

45

noceant verò si inflammatio adpet quia
irritatio Costi auget inflammationem.

indicatus mercurius in morbis Cutanei,
qui inflammationem magnam Coniunctam
non habent ac precipue in morbis venereis. Sed
Cum mercurius possit etiam sine Salivatione
Curam horum morborum absolvere, non
pertinet ad Caput. presens enarratio eius quali-
tatum.

Emmenagoga eo sunt medicamenta que
fluxum muliebem vel lochia post partum
iuuè fetus exclusionem prouocant. nulla autem
sunt emmenagoga que Costum habeant effec-
tum; iuè varios inter morbos vix ullus est qui
pertinacius resistat medicamentis quam suppres-
sio menstruum. ratio est quod hic morbus a
diversis iuè ab oppositis Causis oriri possit,
que siquis propriis non satis distinguuntur.
Sæpe suppressio menstruum pendet a sangui-
ne viscosiori qui per solita Secretoria perueni-
re nequit; quandoque idem morbus pendet

pendit a debilitate Circulationis unde fit Sanguis non satis pellatus fortiter ut vasa uteri distendat et per ea liberè fluat. quaudaque pendit Suppressio et ex eo quod vasa uteri nimium tensa sunt, adeo ut vires Cordis pellendo Sanguinem non possent Superare resistantiam quam eadem vasa nimium tensa opponunt.

porro 1^o. si Suppressio Catameniorum pendeat ab humorum spissitudine et viscositate Curatio omnino petenda est a remediis quo aperientia vocantur et de quib; supra egimus. plurib; ex iis, quo Chlorosi laborant puellis Catamenia non fluunt, aut malè, quia crassum Chylus in Sanguinem non mutatur et pristinam viscosam Chyli cum Sanguis retineat, Crassior est quam ut per minima vasa queat permeare. itaq; aperientia maxime cum fructu in iis Casibus prescribuntur. Sed præter spissitudinem humorum debilitas Circulationis sope ad eundem morbum fovendum Concurrit.

2^o. itaq; si adsit hæc Circulationis debilitas, tum Causa hujus inquirenda sunt. pléthora

venire, et defectus boni Sanguinis debilitati
 hinc equè locum dare possunt.

Si plethora id est redundantia boni Sanguinis ita vasa opprimat ut Circulationi liberè fieri non possit, remediis Sanguis præcipuum est remedium ut Sanguis superfluus auferatur, et dein dieta tenuis et exercitium moderatum Curam absolvunt. Hoc plethoræ vitis laborant puella vegeta quo optimis et Copiosis utuntur alimentis quoties solitis oporuit abstinere.

